



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

122. An Clericus in minoribus, vt gaudeat priuilegio fori opus sit, vt
tempore delicti, vel saltem capturæ reperiatur in Tonsura, & habitu? Et an
si aliquis Clericus dimisisset habitum Clericalem, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

si ita res esset: tu quidem, sicut Iudei Stephanum iam lapidibus sumnum Pontificem obrusiles. Verum ut ad rem veniamus, dico, non posse laicos spoliare Clericorum armis prohibitis, qui si id faciunt per vim iurisdictionis, vel aliquals punitionis, clarum est hoc esse illicitum; si vero per modum iustæ defensionis ad tollendam occasionem rixæ, vel periculum perturbationis ciuitatis, tunc non auferrunt in poenam: ergo non erit licitum ex vi talis facti omnino spoliare Clericorum armis, priuando illum dominio eorum, quia nullus appetet iustus titulus, quo id fieri possit. Igitur tantum debent pro illa occasione auferri, vt postea ei, vel suo Superiori reddantur, & idem dum huic argumento non satisfaciunt aduersarij, semper ego huic sententiae adhaerem. Alias vero rationes pro hac firmanda sententia adducit Marta de *irrisatione*, part. 4. cens. 1. casf. 7. qui responderat ad consuetudines aliquorum Regnum, quas adducit Cutellius. Vide etiam Doctores à me *vbi super* citatos, qui plures sunt, nec perfunctoriæ, vt vult Cutellius; de hac quæstione loquuntur. Adde quod magis ratione quam Doctorum multitudine nitendum sit. Et post hæc scripta, inueni supradictam sententiam me citato, docere etiam doctum & amicissimum Augustinum Barbolam de *twe Ecclesi*, lib. 2. cap. 4. num. 140. Merollam rom. 2. disfut. 4. c. 3. disf. scnt. 1. lib. 2. n. 608. & Baldellum. *sma. 1. lib. 5. disf. 57. n. 8.* vbi ex pluribus firmant Clericos nō posse per laicos armis spoliari. Vnde ex his patet responsio ad ea quæ in favorem contraria sententia adducit Ioannes de Boa in *Apol. de iur. Principiis* 2. num. 70. qui pro sua firmanda sententia, hanc etiam rationem adducit, videlicet quia prohibito iudicis laici fertur super arma ipsa, quia clericali tonsura non gaudençian potest dici res magis ridicula? sed iste Auctor meritò in nos tro inde Hispano fuit inter Autores prohibitos annumeratus.

RESOL. CXX.

An ad declinandum forum iudicis facultatis sufficiat posse Clericatus?
Et an Clericus, qui in re aliqua in Trid. sess. 23. c. 6. praescripta defecit, ob idque foro laicali subiicitur, non solum a iudice laico, sed etiam a indice Ecclesiastico possit puniri, atque indicari?
Et an prima Tousura eius testimonio probetur? Ex parte, 2. tractat. R. col. 42.

S. I. **N**egatium sententiam mordicus tenet Ignatius de Salzedo in *præl. Bernardi Diaz* c. 62. n. 18. & Carolus de Graffis de *effectibus cler. in prælatis, num. 226.* cum aliis penes ipsum.
2. Sed ego contraria sententiam tenendum esse puto cum Belletto in *dissquis. cler. p. 1. tit. de favore cleric. pers.* §. 14.n. 13. & Mascardo de *probab. vol. 1. consel. 302. n. 14. Boetrio decif. 71. n. 13.* Masullo in *ad dit. ad Capyc. dec. 171. n. 6.* Aufriest in *addit. ad Capell. Tholos. decif. 117.* & alii: *vsnde miror, fallam hanc sententiam vocari à Salzedo,* est enim probabilissima, & in *praxi, vt vici* Mascardus, obseruantur. Sed licet stando in *prima opinione possesso clericatus non probet clericatum, attamen operatur, vt transferat onus probandi contrarium in iudicem laicum* ut ipse *met Carol. de Gral. ubi supr. ex multis adnotauit, quod est valde mente tenendum pro casibus occurrentibus.*
3. Notandum est tamen hic obiter vnum, de quo olim quidā Iurisconsultus nō prudenter dubitabat nempe quidā Clericus, qui in re aliqua in *Trid. eff. 23. c. 6.* praescripta deficit, ob idque foro laicali subi-
Tom. I X.

citur, non solum à iudice laico, sed à iudice Ecclesiastico potest puniri, atque indicari. Et ita ex sacra Cardinalium Congregatione determinat Bonac. de legib. disib. 10. q. 2. punet. 1. §. 4. n. 19.

4. Nota etiam hic, quod prima tonsura vnius testimonio probatur, secundum Petrum Reboufum sit, de formaliterianis tonsuris, num. 24. & Matthaeum de Afflictis in consie. Neapolit. sit. 3. num. 12. licet Colunnum, p. 32. cap. 22. num. 3. cum aliis dissentiat.

R E S O L . C X X I .

*An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & Ton-
suram, amittat privilegium fori, & iudex laicus
possi illum punire?*

posset illum punire?
Et an vero requiratur tria monitio, ut Clericus incedens sine habitu, & Tonsurā perdat priuilegium fori?
Ex part. 1. tract. 2. Resol. 34. alias 33.

S. I. **R**espondeo negatiū: & vt amittat supradictum priuilegium, opus est tanta perseuerantia in dimissione habitus, vt publicè astinuerit, vt laicus Prosper de Augustino in addit. ad summam Quar. vīris *Habitus cler. Layman in Theol. moral. lib. 4. tr. 9. c. 6. n. 2. affir. 1.* Suarez de cens. dis. p. 12. sett. 1. n. 11. Bonac. de legib. dis. p. 10. q. 2. p. 1. q. 4. n. 14. vbi assertum Cardinalium Congregationem declarasse, Clericum, qui dimisso clericali habitu homicidium commiserat, & sine clericali habitu à laica potestate capiatus fuerat remittiendum esse ad forum Ecclesiasticum, quia non presumitur dimisissus habitum animo illius deferendi, sed, vt commodiū delictum perpetraret: quod est valde notandum; & hoc etiam notauit Capiblancus in tract. de offic. Bar. prag. 8. p. 2. n. 34.

2. An vero requiratur triana monitio, ut Clericus incedens sine habitu, & tonsura peida prieulegium fuit? Respondeo, quod de iure antiquo requireretur, ut patet ex *c. finali de vita, & honest. Cleric.* Sed hodie de iure novo Concl. Tridentini non requiritur. nam dictum Concilium loquitur cum dictione, nisi, quæ excipit iuxta leg. *actione. C. de act. & Decim in c. si pro debilitate ss. de offic. de leg. &c ita docent Mar. Ant. lib. 3. ref. 48. n. 7. & Ric. p. 4. decis. 154 m. 4.* qui testantur ita fuisse declaratum à Sacra Cardinalium Congregatione : & ita tenet Bellet, in *disquis. cler. pars. I. tit. 2. §. 8. n. 6. & alii.*

Sup. hoc su-
pra lege do-
ctrinam Re-
sol. 109. & in-
fra in Ref.
seq. & in Ref.
1. post seq. §.
2. ad mrd. &
in §. vlt. nota
sec.

Sup.hoc sus-
-pra in Ref.
109. §. Sed
lege, paulo
post initium,
& infra in
Ref. 162. §.
Ab his. & in
Ref.328. §.t.
paulo post
initium. verf
Nam si. & in
tom.5. tr.1.
Ref. 61. §.
Tertio

RESOL. CXXII.

*An Clericus in Minoribus, ut gaudeat prius legio foris
opus sit, ut tempore deicti, vel saltem captura repe-
riatur in Tonsura et habitu?*

Et an si aliquis Clericus dimisisset habitum Clericalem,
& illum reassumeret, etiam sine licentia Episcopi,
gaudeat priuilegio fori, etiam si in Synodo hoc prohibi-
bitum esset fieri?

Et an priuilegio fori gaudeas Clericus incedens in ha-
bitu & Tonsura, & per paucas vices in Choro, & Pro-
cessionibus intersuit, quamvis de mandato Episcopi
aliqui Ecclesia non inferniat, vel beneficium Ecclae-
siasticum non habeat? Ex part. 4. tract. i. Resolut.

S. I. *P*ereira de manu Regia, pars 2. cap. 26. num. 5.
aduersus aliquos Doctores asserentes quod
necessarium sit ut tempore criminis commissi in ha-
bitu & tonsura delinquentis incedat, quia ad gauden-
tum foro delicti tempus inspicitur, ut colligatur ex
l. i. f. de pan. tamen ipse considerans quod s^epe dicta

sine habitu & tonsura committuntur, & delinquentes reassumunt habitum ut foro gaudent, putat ut sufficeret si tempore capture in tonsura & clericalibus vestibus induiti reperiantur. Ita ille.

2. Sed contraria sententiam tenendam esse puto. Dico igitur cum Paulo Squillante de priuilegio Cleric. cap. 7. dub. 1. num. 10. quod caret tonsura, vel habitu clericali tempore delicti, vel capture, non amittit priuilegium fori si alias erat solitus deferre, & ita decisum fuisse in sacro Consilio Neapolitanio testatur, quod etiam ante ipsum docuerat Regens Tapia in constit. Regni de personis, num. 57. Riccius in praxi tom. 1. resolut. 530. n. 6. Graffus de effect. Cleric. effect. 1. num. 910. Genuensis in praxi cap. 38. num. 6. in fine. Antonius de Marinis resolut. quidam cap. 50. num. 3. & alij; & ego ipse hac omnia docui in part. 1. tract. 2. resolut. 33. vbi ex Bonacina & Capiblanco adduxi pro hac sententia declaraciones Cardinalium. Vnde, ut dixi, Clericus etiam si dimisso habitu delictum commiserit, & etiam sine habitu a iudice laico fuerit capitus, si alias in tonsura & habitu incellerit, remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum.

Quod hic est, sup. hoc in Ref. antecedens. Sed legge etiam alias nota, & ex Ref. seq. 148. adduxi pro hac sententia declaraciones Cardinalium. Vnde, ut dixi, Clericus etiam si dimisso habitu delictum commiserit, & etiam sine habitu a iudice laico fuerit capitus, si alias in tonsura & habitu incellerit, remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum.

3. Notandum est hic obiter quod si aliquis Clericus dimisserit habitum clericalem, & illum reassumeret, etiam sine licentia Episcopi, gaudet priuilegio fori, etiamsi in Synodo hoc fieri prohibutum esset Clericis. Ira Squillante de priuilegio. Cler. c. 6. dub. 1. n. 19. Riccius part. 2. decif. 167. & alij.

4. Nota secundum, quod fori priuilegio gaudet Clericus incedens in habitu & tonsura descriptis in Catalogo Clericorum, qui in Synodo diecelsana obedientiam praestitit Ordinario, & per paucas vices in choro & processionibus interfuit, attentis circumstantiis, quamvis alicui Ecclesiae de mandato Episcopi non inserviat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat. ita determinauit sacra Congregatio Concilij in Natiu. die 28. Martij anno 1628.

RESOL. CXXXIII.

An Clericos gaudeat priuilegio fori, & sit a laica iurisdictione exemptus, si tantum deferat habitum, & non Tonsuram: vel e contra?

Et an Clericus gaudeat priuilegio fori si tempore capture inueniatur sine vestibus Clericalibus, dummodo tempore delicti illas gestauerit? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 33. alias 32.

^{Sup. hoc in Ref. seq.} §. 1. Negatiuē respondent Bellettus in disquis. cler. N. p. 1. tit. 3. §. 8. n. 7. & Riccius part. 4. decif. 154. n. 8. qui notandum, ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem. Et ratio est: quia Concilium Tridentinum loquitur copulatiuē, nempe, ut Clerici deferant habitum, & tonsuram, & alicui Ecclesie deferantur.

2. Non reticebo tamen Marium Antonium Maceratensem, Vicarium Generalem Cardinalis Borromaei, contrarium afferere in suis variis resolutionibus lib. 3. resolut. 48. n. 5. vbi tenet, Clericum inuenient sine habitu, sed cum tonsura, vel cum habitu, & sine tonsura, gaudere priuilegio fori. Et Capiblanco de offic. Bar. pag. 8. cap. 4. n. 28. putat, dimissionem tonsuram non esse tantæ solemnitatis, si cetera concurrent: & citat Barbosam. Notandum est etiam contra Guttierrez 99, canon. lib. 1. cap. 12. num. 9. Mexiam in pragmata panis, conclus. 1. num. 31. & alios, Clericum gaudere priuilegio fori si tempore capture inueniatur sine vestibus clericalibus, dummodo tempore delicti illas gestauerit. Et ita declarasse Sacram Cardinalium

Quod hoc legge supra doctrinam docuit, & ex Ref. 121. sic ait: Dicendum est Clericum in habitu & tonsura incedere, quando fert pallium talare, licet toga non tangat genu, & consequenter debet priuilegio fori frui, tanquam satisfaciens dispositioni Concilij Tridentini sef. 23. c. 6. vbi cautum est Clericos in minoribus teneri deferre habitum & tonsuram. Ita ille. Vide etiam Antonium de

Congregationem anno 1586. notavit Marius Antoninus vbi supra lib. 3. resolut. 48. num. 7. & docet &c. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. diff. 46. num. 10. qui multos alios citat. Et ratio est: quia ad gaudendum priuilegio fori, non attenditur, nisi tempus commissi delicti: param ergo refert, si tempore capture Clericus sine habitu inueniatur; si tamen tempore quo commisit delictum illum gestauerit.

RESOL. CXXIV.

An Clericus incedens in habitu, si omittat portare Tonsuram, perdat priuilegia fori? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 93.

§. 1. Afirmatiuē videtur respondendum ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. vbi statuitur, quod ut priuilegio fori potiri possint Clerici in minoribus, debent deferre habitum & tonsuram, & ita docet Barbofa de potestate Episcopi, part. 2. alleg. 12. num. 19. Riccius tom. 4. decif. 154. Bellettus in disquis. Cleric. part. 1. tit. de favore Clericorum personali, §. 8. n. 7. & alij penes Barbosam loco cit. quibus additum Gauatum in enchirid. Episc. over. fori priuilegiis, n. 8.

2. Sed contraria sententiam docet Marius Antoninus variar. resolut. lib. 3. resolut. 48. num. 9. & 10. Capiblanco de officio Baronum tom. 1. pragmat. 8. part. 3. num. 29. & Elisaeus Danza in pragm. DD. cap. 1. de Clericis, num. 15. vbi assertur quod dicti Clerici, si neglexerint portare tonsuram, non amittunt priuilegium fori, quia tonsura non est tantæ solennitatis. Vide etiam Scacciam de iudicis. tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 9. & Farinacionem quest. 8. num. 65. afferentes in Clericis non conjugatis ut gaudent priuilegio fori, sufficere alterum istorum, sc. vt deferant habitum, vel deferant tonsuram. Et ad verba Concilij. Tridentini respondet Marius Antoninus vbi supra, quod licet loquatur per copulam &, qua requirit concussum copulatorum; tamen in cap. si index, de sentent. excommunicat. in 6. legitur copula &, circa dictam delationem, vt legitur in Concil. Trident. & tamen de iure communii sufficit delatio alterius, & & Concil. Trident. in dicto loco non videtur inducere correctionem iuris communis: ergo, &c. Vnde ego huius dubij resolutionem remitto ad sacram Congregationem.

RESOL. CXXV.

An Clericus, ut gaudeat priuilegio fori, debeat portare non solum pallium, sed etiam togam & que ad talos? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 91.

§. 1. Afirmatiuē sententiam tenebat in facti contingenit quidam Inrisconsultus, & addebat Bullam Sixti V. & hoc etiam docet Moscus de maiest. milit. Ecclesie, lib. 1. part. 2. c. 2. Veneranus in exam. Episcop. lib. 5. cap. 5. n. 2. vbi assertur tunica Clericorum esse debere nigram & talarem, & hanc sententiam doceret etiam Cæpolla conf. 11. n. 30.

2. Sed ego tunc contraria sententiam docui cum Ioanne Maria Nouario in novo iure Pontificio conclus. 117. n. 6. vbi sic ait: Dicendum est Clericum in habitu & tonsura incedere, quando fert pallium talare, licet toga non tangat genu, & consequenter debet priuilegio fori frui, tanquam satisfaciens dispositioni Concilij Tridentini sef. 23. c. 6. vbi cautum est Clericos in minoribus teneri deferre habitum & tonsuram. Ita ille. Vide etiam Antonium de

Ballis